

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

## Saibacher Diocesanblatt.

Št. VII.

**Vsebina:** 33. Epistola apostolica de Rosario Mariali. — 34. De crematione. — 35. Pro lucrando indulgentiis Portiunculae valet confessio peracta die 30. Julii. — 36. Ministerial-Erlaß betreffend die Nostrification von an den päpstl. Universitäten und Collegien in Rom erworbenen theol. Doctor Diplomen. — 37. Obljuba ljubljanske škofije, storjena dné 12. maja 1895. — Gelübde der Saibacher Diöcese, gethan am 12. Mai 1895. — 38. Škofijska kronika. — 39. Konkurni razpis.

1895.

33.

Venerabilibus fratribus patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis aliisque locorum ordinariis pacem et communionem cum apostolica sede habentibus

**LEO PP. XIII.**

Venerabiles fratres

salutem et apostolicam benedictionem.

Adiutricem populi christiani potentem et clementissimam, Virginem Dei Matrem, dignum est et magnificentiore in dies celebrare laude et acriore fiducia implorare. Siquidem argumenta fiducia laudisque auget ea varia beneficiorum copia, quae per ipsam affluentior quotidie in commune bonum longo lateque diffunditur. Nec beneficentiae tantae profecto a catholicis officia desunt deditissimae voluntatis; quum, si unquam alias, his nimirum vel acerbis religioni temporibus, videre liceat amorem et cultum erga Virginem beatissimam excitatum in omni ordine atque incensum. Cui rei praeclaro sunt testimonio restitutae passim multiplicataeque in eius tutela sodalitates; eius nomini augusto splendidae dedicatae aedes; peregrinationes ad sacratoria eius templa actae frequentia religiosissima; convocati coetus, qui ad eius gloriae incrementa deliberando incumbant; alia id genus, per se optima fausteque in futurum significantia. Atque id singulare est Nobisque ad

recordationem periucundum, quemadmodum multiplices inter formas eiusdem pietatis, iam ROSARIUM MARIALE, ille tam excellens orandi ritus, in opinione et consuetudine latius invalescat. Id Nobis, inquit, periucundum est, qui, si partem curarum non minimam promovendo Rosarii instituto tribuimus, probe videmus quam benigna optatis Nostris adfuerit exorata Regina caelestis: eamque sic Nobis confidimus adfuturam, ut curas quoque aegritudinesque lenire velit quas proximi allaturi sunt dies. — Sed praecipue ad regnum Christi amplificandum uberiora Nobis adiumenta ex Rosarii virtute expectamus. Consilia quae studiosius in praesentia urgemus, de reconciliatione esse dissidentium ab Ecclesia nationum, haud semel ediximus; simul professi, felicitatem eventus, orando obsecrandoque divino Numine, maxime quaeri oportere. Id etiam non multo antehac testati sumus, quum per sollemnia sacrae Pentecostes, peculiare preces in eam causam divino Spiritui adhibendas

commendavimus: cui commendationi magnâ ubique alacritate obtemperatum est. At vero pro gravitate rei perarduae, proque debita omnis virtutis constantia, apte facit hortamentum Apostoli: *Instate orationi*;<sup>1)</sup> eo vel magis quod tali instantiae precandi suaviter quoddam incitamentum bona ipsa coeptorum initia admoveere videantur. Octobri igitur proximo nihil sane fuerit, Venerabiles fratres, neque proposito utilius, neque acceptius Nobis, quam si toto mense vos populique vestri, Rosarii prece consuetisque praescriptis, Nobiscum apud Virginem Matrem pietissimi insistatis. Praeclare quidem sunt causae cur praesidio eius consilia et vota Nostra summâ spe committamus.

Eximiae in nos caritatis Christi mysterium ex eo quoque luculenter proditur, quod moriens Matrem ille suam Ioanni discipulo matrem voluit relictam, testamento memori: *Ecce filius tuus*. In Ioanne autem, quod perpetuo sensit Ecclesia, designavit Christus personam humani generis, eorum in primis qui sibi ex fide adhaerescerent: in qua sententia sanctus Anselmus cantuariensis: *Quid, inquit, potest dignius aestimari, quam ut tu, Virgo, sis mater quorum Christus dignatur esse pater et frater?*<sup>2)</sup> Huius igitur singularis muneris et laboriosi partes ea suscepit obiitque magnanima, consecratis in Cenaculo auspiciis. Christianae gentis primitias iam tum sanctimonia exempli, auctoritate consilii, solatii suavitate, efficacitate sanctarum precum admirabiliter fovit; verissime quidem mater Ecclesiae atque magistra et regina Apostolorum, quibus largita etiam est de divinis oraculis quae *conservabat in corde suo*. — Ad haec vero dici vix potest quantum amplitudinis virtutisque tunc accesserit, quum ad fastigium caelestis gloriae, quod dignitatem eius claritatemque meritorum decebat, est apud Filium assumpta. Nam inde, divino consilio, sic illa coepit advigilare Ecclesiae, sic nobis adesse et favere mater, ut quae sacramenti humanae redemptionis patrandi administra fuerat, eadem gratiae ex illo in omne tempus derivandae esset pariter administra, permissâ ei paene immensa potestate. Hinc recte admodum ad Mariam, velut nativo quodam impulsu adductae, animae

christianae feruntur; cum ipsa fidenter consilia et opera, angores et gaudia communicant; curaeque ac bonitati eius se suaque omnia filiorum more commendant. Hinc rectissime delata ei in omni gente omnique ritu ampla praeconia, suffragio crescentia saeculorum: inter multa, ipsam *dominam nostram, mediatricem nostram*,<sup>1)</sup> ipsam *reparatricem totius orbis*,<sup>2)</sup> ipsam *donorum Dei esse conciliatricem*.<sup>3)</sup> — Et quoniam munerum divinorum, quibus homo supra naturae ordinem perficitur ad aeterna, fundamentum et caput est fides, ad hanc ideo assequendam salutariterque excolendam iure extollitur arcana quaedam eius actio, quae *Auctorem edidit fidei*, quaeque ob fidem *beata est salutata: Nemo est, o sanctissima, qui Dei cognitione repletur, nisi per te; nemo est qui salvetur, nisi per te, o Deipara; nemo, qui donum ex misericordia consequatur, nisi per te*.<sup>4)</sup> Neque is nimis certe videbitur qui affirmet, eius maxime ductu auxilioque factum ut sapientia et instituta evangelica, per asperitates offensionesque immanes, progressionem tam celeri ad universitatem nationum pervaserint, novo ubique iustitiae et pacis ordine inducto. Quod quidem sancti Cyrilli alexandrini animum et orationem permovit, ita Virginem alloquentis: *Per te Apostoli salutem gentibus praedicarunt . . . ; per te Crux praetiosa celebratur toto orbe et adoratur . . . ; per te fugantur daemones, et homo ipse ad coelum revocatur; per te omnis creatura idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem veritatis; per te fideles homines ad sanctum baptismum pervenerunt, atque ecclesiae sunt ubique gentium fundatae*.<sup>5)</sup> — Quin etiam *sceptrum orthodoxae fidei*, prout idem collaudavit doctor,<sup>6)</sup> praestitit illa valuitque: quae fuit eius non intermissa cura ut fides catholica perstaret firma in populis atque integra et fecunda vigeret. Complura in hoc sunt satisque cognita monumenta rerum, miris praeterea modis nunquam declarata. Quibus maxime temporibus locisque dolendum fuit, fidem vel socordia elanguisse vel peste nefaria errorum esse tentatam,

<sup>1)</sup> S. Bernardus *serm.* II in *adv. Domini* n. 5.

<sup>2)</sup> S. Tharadius, *or. in praesent. Deip.*

<sup>3)</sup> In *offic. graec.*, VIII dec., *Θεοτοκίον* post oden IX.

<sup>4)</sup> S. Germanus constantinop. *or.* II in *dormit. B. M. V.*

<sup>5)</sup> *Hom. contra Nestorium*.

<sup>6)</sup> *Ib.*

<sup>1)</sup> Col. IV, 2.

<sup>2)</sup> Or. XLVII, olim XLVI.

magnae Virginis succurrentis benignitas apparuit praesens. Ipsaque movente, roborante, viri extiterunt sanctitate clari et apostolico spiritu, qui conata retunderent improborum, qui animos ad christianae vitae pietatem reducerent et inflammarent. Unus multorum instar Dominicus est Gusmanus, qui utrâque in re elaboravit, marialis Rosarii confisus ope, feliciter. Neque dubium cuiquam erit, quantum redundet in eandem Dei Genitricem de promeritis venerabilium Ecclesiae Patrum et Doctorum, qui veritati catholicae tuendae vel illustrandae operam tam egregiam dederunt. Ab ea namque, *sapientiae divinae Sede*, grato ipsi fatentur animo copiam consilii optimi sibi defluxisse scribentibus; ab ipsa propterea, non a se, nequitiam errorum esse devictam. Denique et Principes et Pontifices romani, custodes defensoresque fidei, alii sacris gerendis bellis, alii sollemnibus decretis ferendis, divinae Matris imploravere nomen, nunquam non praepotens ac propitium senserunt. — Quapropter non vere minus quam splendide Ecclesia et Patres gratulantur Mariae: *Ave, os perpetuo eloquens Apostolorum, Fidei stabile firmamentum, propugnaculum Ecclesiae immotum;*<sup>1)</sup> *Ave, per quam inter unius, sanctae, catholicae atque apostolicae Ecclesiae cives descripti sumus;*<sup>2)</sup> *Ave, fons divinitus scaturiens, e quo divinae sapientiae fluvii, purissimis ac limpidissimis orthodoxiae undis defluentes, errorum agmen dispellunt;*<sup>3)</sup> *Gaude, quia cunctas haereses sola interemisti in universo mundo.*<sup>4)</sup>

Ista quae Virginis excelsae fuit atque est pars magna in cursu, in proeliis, in triumphis fidei catholicae, divinum de illa consilium facit illustrius, magnamque in spem bonos debet omnes erigere, ad ea quae nunc sunt in communibus votis. — Mariae fidendum, Mariae supplicandum! Ut enim christianas inter nationes una fidei professio concordēs habeat mentes, una perfectae caritatis necessitudo copulet voluntates, hoc novum exoptatumque Religionis decus, sane quam illa poterit virtute sua ad exitum maturare. Ecquid autem non velit efficere, ut gentes, quarum ma-

ximam coniunctionem Unigena suos impensissime a Patre flagitavit, quasque per unum ipse baptisma ad eandem *hereditatem salutis*, pretio immenso partam, vocavit eo omnes *in admirabili eius lumine* contendant unanimes? Ecquid non impendere ipsa velit bonitatis providentiaeque, tum ut Ecclesiae, Sponsae Christi, diuturnos de hac re labores soletur, tum ut unitatis bonum perficiat in christiana familia quae suae *maternitatis* insignis est fructus? — Auspiciumque rei non longius eventurae eâ videtur confirmari opinione et fiducia quae in animis piorum calescit, Mariam nimirum felix vinculum fore, cuius firma lenique vi, eorum omnium, quotquot ubique sunt, qui diligunt Christum, unus fratrum populus fiat, Vicario eius in terris, Pontifici romano, tamquam communi Patri obsequentium. Quo loco sponte revolat mens per Ecclesiae fastos ad priscae unitatis nobilissima exempla, atque in memoria Concilii magni ephesini libentior subsistit. Summa quippe consensus fidei et par sacrorum communio quae Orientem atque Occidentem per id tempus tenebat, ibi enim vero singulari quadam et stabilitate valuisse et enituisse gloria visa est; quum Patribus dogma legitime sancientibus, *sanctam Virginem esse Deiparam*, eius facti nuncium a religiosissima civitate exultante manans, una eademque celeberrima laetitia totum christianum orbem complevit. — Quot igitur causis fiducia expetitarum rerum in potente ac perbenigna Virgine sustentatur et crescit, tot veluti stimulis acui oportet studium quod catholicis suademus in ea exoranda. Illi porro apud se reputent quam honestum hoc sit sibi que ipsis fructuosum, quam eidem Virgini acceptum gratumque certe futurum. Nam, compotes ut sunt unitatis fidei, ita declarant et huius vim beneficii se magni pro merito facere, et idem se velle sanctius custodire. Nec vero queunt praestantiore ullo modo fraternum erga dissidentes probare animum, quam si eis ad bonum recuperandum unum omnium maximum enixe subveniant. Quae vere christiana fraternitatis affectio, in omni vicens Ecclesiae memoria, praecipuam virtutem consuevit petere ex Deipara, tamquam faultrice optima pacis et unitatis. Eam sanctus Germanus constantinopolitanus his vocibus orabat: *Christianorum memento, qui servi*

<sup>1)</sup> Ex hymno Graecor. Ἀνάμωτος.

<sup>2)</sup> S. Ioannes Damasc. or. in annunc. Dei Genitricis, n. 9.

<sup>3)</sup> S. Germanus constantinop. or. in Deip. praesentatione, n. 14.

<sup>4)</sup> In off. B. M. V.

tui sunt: omnium preces commenda, spes omnium adiuta; tu fidem solida, tu ecclesias in unum coniunge.<sup>1)</sup> Sic adhuc est Graecorum ad eam obtestatio: *O purrissima, cui datum accedere ad Filium tuum nullo metu repulsae, tu eum exora, o sanctissima, ut mundo pacem impertiat et eandem ecclesiis omnibus mentem adspiret: atque omnes magnificabimus te.*<sup>2)</sup> — Huc propria quaedam accedit causa quamobrem nobis, dissentientium nationum gratia comprecantibus, annuat Maria indulgentius: egregia scilicet quae in ipsam fuerunt earum merita, in primisque orientalium. Hisce multum sane debetur de veneratione eius propagata et aucta: in his commemorabiles dignitatis eius assertores et vindices, potestate scriptisve gravissimi; laudatores ardore et suavitate eloqui insignes; *dilectissimae Deo imperatrices*<sup>3)</sup> integerrimam Virginem imitatae exemplo, munificentia prosecutae; aedes ac basilicae regali cultu excitatae. — Adiacere unum libet quod non abest a re, et est Deiparae sanctae gloriosum. Ignorat nemo, augustas eius imagines ex oriente, variis temporum casibus, in occidentem maximeque in Italiam et in hanc Urbem complures fuisse advectas: quas et summa cum religione exceperunt patres magnificeque coluerunt et aemula nepotes pietate habere student sacerimas. Hoc in facto gestit animus nutum quemdam et gratiam agnoscere studiosissimae matris. Significari enim videtur, imagines eas perinde extare apud nostros, quasi testes temporum quibus christiana familia omnino una ubique cohaerebat, et quasi communis hereditatis bene cara pignora: earumdem propterea adspectu, velut ipsa Virgine submonente, ad hoc etiam invitari animos, ut illorum pie meminerint quos Ecclesia catholica ad pristinam in complexu suo concordiam laetitiamque amantissime revocat.

Itaque permagnum unitatis christianae praesidium divinitus oblatum est in Maria. Quod quidem etsi non uno precationis modo demereri licet, at tamen instituto Rosarii optime id fieri uberrimeque arbitramur. Monuimus alias, non ultimum in ipso emolumentum inesse, ut prompta ratione et facili

habeat christianus homo quo fidem suam alat et ab ignorantia tutetur errorisve periculo: id quod vel ipsae Rosarii origines faciunt apertum. Iamvero huiusmodi quae exercetur fides, sive precibus voce iterandis, sive potissimum contemplandis mente mysteriis, palam est quam prope ad Mariam referatur. Nam quoties ante illam supplices coronam sacram rite versamus, sic nostrae salutis admirabile opus commemorando repetimus, ut, quasi praesenti re, ea explicata contueamur, quorum serie et effectu extitit illa simul Mater Dei, simul mater nostra. Utriusque magnitudo dignitatis, utriusque ministerii fructus vivo in lumine apparent, si quis Mariam religiose consideret mysteria gaudii, doloris, gloriae cum Filio sociantem. Inde profecto consequitur ut grati adversus illam amoris sensu animus exardescat, atque caduca omnia infra se habens, forti conetur proposito dignum se matre tanta beneficiisque eius probare. Hac autem ipsa mysteriorum crebra fidelique recordatione quum ea non possit non iucundissime affici, et misericordia in homines, longe omnium matrum optima, non commoveri, idcirco diximus Rosarii precem peropportunam fore ut fratrum causam dissentientium apud ipsam oremus. Ad spiritualis maternitatis eius officium proprie id attinet. Nam qui Christi sunt, eos Maria non peperit nec parere poterat, nisi in una fide unoque amore; numquid enim *divisus est Christus?*<sup>1)</sup> debemusque unâ omnes vitam Christi vivere, ut in uno eodemque corpore *fructificemus Deo.*<sup>2)</sup> Quotquot igitur ab ista unitate calamitas rerum funesta abduxit, illos oportet ut eadem mater, quae perpetua sanctae prolis fecunditate a Deo aucta est, rursus Christo quodammodo pariat. Hoc plane est quod ipsa praestare vehementer optat; sertisque donata a nobis acceptissimae praecis, *auxilia vivificantis Spiritus* abunde illis impetrabit. Qui utinam miserentis matris voluntati obsecundare ne renuant, suaeque consulentes saluti, boni audiant blandissime invitantem: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.*<sup>3)</sup> — Tali marialis Rosarii virtute perspecta, nonnulli fuere decessores Nostri qui sin-

<sup>1)</sup> Or. his. in dormit. Deiparae.

<sup>2)</sup> Men. V maii, Θεοτοκίον post od. IX. de S. Irene V. M.

<sup>3)</sup> S. Cyrill. alex. de fide ad Pulcheriam et sorores reginas.

<sup>1)</sup> I Cor. I, 13.

<sup>2)</sup> Rom. VII, 4.

<sup>3)</sup> Gal. IV, 19.

gulares quasdam curas eo converterunt ut per orientales nationes dilataretur. In primis Eugenius IV, constitutione *Advesperascente*, anno data MCCCCXXXIX, tum Innocentius XII et Clemens XI; quorum auctoritate item privilegia ampla Ordini Praedicatorum, eius rei gratiâ, sunt attributa. Neque fructus desiderati sunt, Sodalium eiusdem Ordinis contendente sollertia; iique extant multiplices et clara memoria testati: quamquam rei progressibus diuturnitas et adversitas temporum non parum deinde offecit. Hae vero aetate idem Rosarii colendi ardor quem initio excitatum laudavimus, similiter per eas regiones animis multorum incessit. Quod sane nostris quantum respondet inceptis, tantum votis explendis perutile futurum speramus. — Coniungitur cum hac spe laetabile quoddam factum, aequè Orientem attingens atque Occidentem, eisdemque plane congruens votis. Illud spectamus propositum, Venerabiles Fratres, quod in pernobilis Conventu eucharistico, Hierosolymis acto, initium duxit, templi videlicet exaedificandi in honorem Reginae sacratissimi Rosarii; idque Patrae in Achaia, non procul a locis, ubi olim nomen christianum, ea auspice, eluxit. Ut enim a Consilio quod rei provehendae curandoque operi, probantibus Nobis, constitutum est, perlubentes accepimus, iam plerique vestrum rogati, collaticiam stipem omni diligentia in id submiserunt; etiam polliciti, se deinceps non dissimiliter adfore usque ad operis perfectionem. Ex quo satis iam est consultum, ut ad molitionem quae amplitudini rei conveniat, aggredi liceat: factaque est a nobis potestas ut propediem auspicalis templi lapis sollempnibus caeremoniis ponatur. Stabit templum, nomine christiani populi, monumentum perennis gratiae Adiutrici et Matri caelesti: quae ibi et latino et graeco ritu assidue invocabitur, ut vetera beneficia novis usque velit praesentior cumulare.

Kakor je razvidno iz predstoječe okrožnice, priporočajo sv. Oče zopet letos z iskrenimi besedami in z brezmejnimi zaupanjem v pomoč preblažene Device Marije molitev sv. rožnega venca. Želja, katero neprestano gojé v svojem srcu, je združenje od nas še ločenih narodov s sv. katoliško cerkvijo. V ta namen priporočajo stanovitno molitev k preblaženi Devici Mariji, varuhinji sv. cerkve, katero proslavljajo z mladeniškim navdušenjem pričakujoč od njene mogočne priprošnje velikanski vspeh: povrnitev verskih ločin v sv. katoliško cerkev. Da se čim preje izpolnijo vzvišeni nameni sv. Očeta, vabim čč. gg. duhovne pastirje, naj seznanijo vernike s to prelepo okrožnico ter naj je spodbujajo k stanovitni molitvi za namene v njej izražene.

Ljubljana, dné 21. septembra 1895.

Iam, Venerabiles Fratres, illuc unde egressa est Nostra redivit hortatio. Eia, pastores gregesque omnes ad praesidium magnae Virginis, proximo praesertim mense, fiducia plena confugiant. Eam publice et privatim, laude, prece, votis compellere concordem ne desinant et obsecrare Matrem Dei et nostram: *Monstra te esse Matrem!* Maternae sit clementiae eius, familiam suam universam servare ab omni periculo incolumem, ad veri nominis prosperitatem adducere, praecipue in sancta unitate fundare. Ipsa catholicos cuiusvis gentis benigna respiciat; et vinculis inter se caritatis obstrictos, alacriores faciat et constantiores ad sustinendum religionis decus, quo simul bona maxima continentur civitatis. Respiciat vero benignissima dissidentes, nationes magnas atque illustres, animos nobiles officique christiani memores: saluberrima in illis desideria conciliet et conciliata foveat eventumque perficiat. Eis qui dissident ex oriente, illa etiam valeat tam effusa quam profitentur erga ipsam religio, tamque multa in eius gloriam et preclara facta maiorum. Eis qui dissident ex occidente, valeat beneficentissimi patrocinii memoria, quo ipsa pietatem in se omnium ordinum, per aetates multas eximiam, et probavit et muneravit. Utrisque et ceteris, ubicumque sunt valeat vox una supplex catholicarum gentium, et vox valeat Nostra, ad extremum spiritum clamans: *Monstra te esse Matrem!*

Interea divinatorum munerum auspiciem benevolentiaeque Nostrae testem, singulis vobis cleroque ac populo vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die V Septembris anno MDCCVC, Pontificatus Nostri decimo octavo.

LEO PP. XIII.

† Jakob, knezoškof.

## De crematione.

*Beatissime Pater!*

Archiepiscopus Friburgensis ad pedes S. V. provolutus humillime petit sequentium dubiorum resolutionem: I. Utrum liceat Sacramenta morientium ministrare fidelibus, qui massonicae quidem sectae non adhaerent nec ejus ducti principiis, sed aliis rationibus moti corpora sua post mortem cremanda mandarunt, si hoc mandatum retractare nolint? II. Utrum liceat pro fidelibus, quorum corpora non sine ipsorum culpa cremata sunt, Missae Sacrificium publice offerre vel etiam privatim applicare itemque fundationes ad hunc finem accipere? III. Utrum liceat cadaverum cremationi cooperari, sive mandato ac consilio, sive praestita opera, ut medicis, officialibus, operariis in crematorio inservientibus? et utrum hoc liceat saltem, si fiat in quadam necessitate aut ad evitandum magnum damnum? IV. Utrum liceat taliter cooperantibus ministrare sacramenta, si ab hac cooperatione desistere nolunt aut desistere non posse affirmant?

Feria IV. die 27. Iulii 1892. In Congregatione Generali S. Rom. et Univ. Inquisitionis, propositis supra dictis dubiis praehabitoque Reverendissimorum DD. Consultorum voto Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Generales Inquisitores respondendum mandarunt: Ad I. Si moniti renuant: negative. Ut vero fiat aut omittatur monitio, serventur regulae a probatis auctoribus traditae, habita praesertim ratione scandali vitandi. Ad II. Circa publicam S. Missae applicationem: Negative; circa privatam: Affirmative. Ad III. Nunquam licere formaliter cooperari mandato vel consilio. Tolerari autem aliquando posse materialem cooperationem, dummodo 1. crematio non habeatur pro signo pro-

testativo massonicae sectae; 2. non aliquid in ipsa contineatur, quod per se, directe, atque unice exprimat reprobationem catholicae doctrinae et approbationem sectae; 3. neque constet, officiales et operarios catholicos ad opus adigi vel vocari in contemptum catholicae religionis. Ceterum, quamvis in hisce casibus relinquendi sint in bona fide, semper tamen monendi sunt, ne cremationi cooperari intendant. Ad IV. Provisum in praecedenti. Et detur Decretum Feriae IV. 15. Decembris 1886. Quod quidem decretum ita se habet: Quoties agatur de iis, quorum corpora non propria ipsorum, sed aliena voluntate cremationi subjiciuntur, Ecclesiae ritus et suffragia adhiberi possetum domi tum in Ecclesia non autem usque ad cremationis locum, remoto scandalo. Scandalum vero removeri etiam poterit, si notum fiat, cremationem non propria defuncti voluntate electam fuisse. Ac ubi agatur de iis, qui propria voluntate cremationem elegerunt, et in hac voluntate certo ac notorie usque ad mortem perseveraverunt, attento decreto feriae IV. 19. Maji 1886, agendum cum iis juxta normas Ritualis Romani Tit. Quibus non licet dare ecclesiasticam sepulturam. In casibus autem particularibus, in quibus dubium vel difficultas oriatur, consulendus erit Ordinarius, qui accurate perpensis omnibus adjunctis id decernet, quod magis in Domino expedire judicaverit. Sequenti vero feria ac die Ss. mus D. N. D. Leo Div. Prov. Papa XIII. relata sibi E. morum ac R. morum Patrum resolutionem benigne adprobare et confirmare dignatus est.

L. S. **J. MANCINI**, S. R. et U. J. Notarius.

27. Iulii 1892.

## Pro lucrandis Indulgentiis Portiunculae valet confessio peracta die 30. Julii.

*Beatissime Pater!*

Fr. Raphaël ab Aureliaco Proc. Gen. Ord. Min. s. Francisci et Delegatus Generalis, ad pedes S. V.

humiliter provolutus sequentia exponit: Pro lucrandis Indulgentiis de Portiuncula nuncupatis in multis totius Orbis locis ob ingentem populi concursum

simulque ob inopiam Confessariorum contigit, ut die 2. Augusti et in pervigilio hujus diei omnibus, qui ad sacramentalem confessionem peragendam accedunt satisfieri nequeat. Quam ob rem humilis Orator S. V. enixe rogat, quatenus ad maiorem fidelium nec non animarum, quae in Purgatorio detinentur, consolationem benigne concedere dignetur Indultum generale vi cuius confessio sacramentalis peracta septem intra dies ante praedictum 2. Augusti sufficiat ad fruendum Indulgentiis de Portiuncula nuncupatis.

Et Deus.

SS. D. N. Leo Pp. XIII. in Audientia habita die 14. Julii 1894 ab infrascripto Secretario S. C. Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, audita relatione expositorum attentisque Decretis ab hac eadem S. C. pluries editis, quibus indultum est, ut tum confessio dumtaxat tum confessio et Com-

munio peragi queat in pervigilio festivitatis, cui adnexa est Indulgentia vel die qui immediate praecedit sequentem pro quo concessa fuerit Indulgentia qualibet ex causa, benigne tantum indulsit, ut confessio sacramentalis peracta etiam 30. die Julii, nimirum die immediate praecedenti pervigilium diei, quo a primis Vesperis datur perfrui Indulgentia de Portiuncula, suffragari valeat in posterum ad memoratam Indulgentiam acquirendam pro universis Christi fidelibus, tamen servata in adimplendis aliis piis operibus regula generali circa modum et tempus in concessione praedictae Indulgentiae praescriptum. Contrariis quibuscunque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C. 14. Julii 1894.

**Fr. Ignatius Card Persico** Praef.

**Alex. Arch. Nicop.**, Secr.

36.

**Erlaß des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 6. Sept. 1895, Nr. 1717,**  
in Betreff der Nostrification von an den päpstlichen Universitäten und Collegien in Rom erworbenen theologischen Doctordiplomen.

Behufs Erzielung eines einheitlichen Vorganges bei Festsetzung der Bedingungen für die nach Maßgabe der Bestimmungen des hierortigen Erlasses vom 6. Juni 1850, Z. 4513, R.-G.-Bl. Nr. 240, vorzunehmende Nostrification von an den päpstlichen Universitäten und Collegien in Rom erworbenen theologischen Doctordiplomen finde ich Nachstehendes zu erlassen:

Die theologischen Facultäten sind ermächtigt, die an der gregorianischen Universität, am römischen Seminar bei St. Apollinar und an dem Collegium Urbanum de propaganda fide erworbenen Doctor-diplome ohne Einholung der gemäß § 3 des obcitirten Erlasses vorgeschriebenen hierortigen Genehmigung zu nostrificieren, wenn die Bewerber

1. das Gymnasium ordnungsmäßig absolviert und ein staatsgültiges Maturitätszeugnis vorgelegt,
2. die theologischen Studien entweder an einer österreichischen theologischen Facultät oder an einer der obgenannten theologischen Anstalten in Rom ordnungsmäßig zurückgelegt haben, und
3. sich an jener theologischen Facultät, an welcher sie die Nostrification anstreben, nach Maßgabe der gel-

tenden theologischen Rigorosenordnung einer strengen Prüfung aus dem Kirchenrecht und der Kirchengeschichte oder sofern sie das Doctorat oder Licentiat des Kirchenrechtes nachweisen, lediglich aus Kirchengeschichte mit gutem Erfolge unterziehen.

Im Falle des Vorhandenseins der unter 1 und 2 angeführten Voraussetzungen wird Candidaten, welche an dem Dominicaner-Collegium bei Santa Maria sopra Minerva den theologischen Doctorgrad erlangt haben, das Rigorosum aus der Fundamentalthologie und Dogmatik, und jenen, welche an der juridischen Facultät bei St. Apollinar oder an der Gregorianischen Universität das Doctorat juris canonici erworben haben, die strenge Prüfung aus dem Kirchenrechte erlassen.

In besonders rücksichtswerthen Fällen, wie insbesondere bei Nachweis hervorragender wissenschaftlicher Leistungen können weitergehende Begünstigungen hierorts in Antrag gebracht werden.

Ueber die von den theologischen Facultäten hienach vollzogenen Nostrificationen ist am Schlusse eines jeden Studienjahres anher zu berichten.

## Obljuba ljubljanske škofije,

storjena dné 12. maja l. 1895.

O moj Bog! Mi spoznamo, da smo ubogi grešniki, ki smo si zaslužili tvojo šibo.

Vendar pa te prosimo, prizanesi nam in pomagaj nam, da ti odslej zvesto služimo. Saj nečeš smrti grešnika, temveč, da se vrne s svojega pota in živi.

Prizanesi nam torej, prosimo te, in vsprejmi milostno našo obljubo, ki ti jo hočemo sedaj storiti, da se ob jednom zahvalimo, da nas ni zadela še hujša nesreča in da te prosimo, da šibo potresa milostno in za zmiraj odvrneš od našega mesta in naše dežele.

Obljubimo ti pa posebno procesijo z Najsvetejšim za Veliko nedeljo popoludne vsako leto, oziroma izpostavljenje Najsvetejšega, ako bi procesije ne bilo.

Obljubimo ti nadalje ustanoviti pet večnih svetih maš, ki naj se beró ob gotovih dnéh in v gotove namene; zlasti pa jedna na čast sv. Jožefu, po jedna pa na čast trem svetnikom božjim, katere si izberemo za posebne zavetnike zoper šibo potresa: sv. Frančišku Borgiji, sv. Alešu in sv. temu Emigdiju.

Tako ti slovesno obljubimo.

Ti pa, o gospod Bog, ki nikogar ne potrebuješ, pa tudi nikogar ne zaničuješ, usmili se nas in vsprejmi milostno to našo obljubo ter jo spremeljaj vsikdar s svojim svetim blagoslovom, sebi v čast, nam pa v dušno zveličanje in časno korist.

In vi mogočai pomočniki zoper nevarnosti potresa: sv. Frančišek Borgija, sv. Aleš in sveti Emigdij, usmilito se nas tudi vi ter nas podpirajte z mogočno svojo priprošnjo pri Bogu, da moremo sveto živeti in srečno umreti, pa tudi, da Bog v svoji milosti odvrne od nas šibo potresa.

Ti pa sv. Jožef, zavetnik sv. katoliške cerkve in varuh naše dežele, izročaj z Marijo, deviško

## Gelübde der Laibacher Diocese,

gethan am 12. Mai 1895.

O mein Gott! Wir bekennen, daß wir arme Sünder sind und deine Zuchttruthe verdienten.

Doch verzeihe uns, wir bitten dich, und hilf uns, daß wir dir von nun an stets treu dienen mögen. Du willst ja nicht den Tod des Sünders, sondern vielmehr, daß er sich bekehre von seinen Wegen und lebe.

Verzeihe uns also, so bitten wir nochmals, und nimm das Gelübde gnädig an, das wir jetzt vor dir ablegen wollen, um zugleich zu danken, daß uns nicht noch größeres Unglück getroffen, und um zu bitten, daß du die Geißel des Erdbebens gnädig und auf immer abwenden wollest von unserer Stadt und unserem Land.

Wir geloben dir aber eine besondere Procession mit dem Allerheiligsten am Ostersonntag nachmittags jeden Jahrs, beziehungsweise die Aussetzung des Allerheiligsten, wenn die Procession nicht stattfände.

Wir geloben dir weiters, fünf heilige Messen auf immerwährende Zeiten zu stiften, die an bestimmten Tagen und in bestimmten Intentionen gelesen werden sollen; insbesondere eine zu Ehren des hl. Joseph, und je eine zu Ehren dreier Heiligen, die wir uns zu unseren besonderen Schutzpatronen gegen die Geißel des Erdbebens erwählen, nämlich: des hl. Franciscus Borgia, des hl. Alexius und des hl. Emigdius.

Das geloben wir dir feierlich.

Du aber, unser Herr und Gott, der du niemandes bedarfst, aber auch niemanden verachtest, erbarme dich unser und nimm dieses unser Gelübde gnädig an; begleite es immerdar mit deinem heiligen Segen, dir zu Ehren, uns aber zum ewigen und zeitlichen Wohle.

Und ihr, mächtige Schutzpatrone wider die Gefahren des Erdbebens: heiliger Franciscus Borgia, hl. Alexius und hl. Emigdius, erbarmet auch ihr euch unser und helfet uns durch euere mächtige Fürbitte zu Gott, daß wir heilig leben und selig sterben mögen, aber auch, daß Gott in seiner Erbarmung die Geißel des Erdbebens gnädig von uns abwende.

Du aber, o hl. Joseph, Schutzpatron der gesammten katholischen Kirche und auch unser Landes-



svojo nevesto in našo materjo, to našo obljubo in vse naše in naših svetih zavetnikov prošnje Jezusu Kristusu, da je podpira tudi on, ki je naš zavetnik pri Bogu, očetu vsegamogočnem (I. Jan. 2, 1.), in ki, skušan v vsakovrstnem trpljenju, more usmiljenje imeti tudi z nami v vseh naših potrebah in stiskah. (Hebr. 4, 15.)

Sveti Bog! — Sveti močni Bog! — Sveti neumrljivi Bog! — Usmili se nas! Amen.

### Molitve za odvrnitev potresa.

#### 1.

V. Šibe potresa.  
O. Reši nas, o Gospod!

M o l í m o.

Vsegamogočni večni Bog, ki pogledaš zemljo in ona se strese, prizanesi nam prestrašenim, pomagaj nam prosečim; da kakor smo se zbalii tvoje jeze, ko je tresla temelj zemlje, tako vsikdar čutimo tudi tvoje usmiljenje, ki ustavi njen potres. Po Kristusu, Gospodu našem. Amen.

Oče naš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.

#### 2.

V. Šibe potresa.  
O. Reši nas, o Gospod!

M o l í m o.

O Bog, ki si postavil zemljo na njeno trdnjavo, sprejmi milostno darove in prošnje svojega ljudstva; odvrni do cela nevarnost tresočee se zemlje in izpremeni grozo svoje božje jeze v pomoček našemu izveličanju: da, ki smo iz zemlje in se povrnemo v zemljo, najdemo svoje veselje v svetem življenju in hrepenenju po nebesih. Po Kristusu, Gospodu našem. Amen.

Oče naš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.

patron, übergib zugleich mit Maria, deiner jungfräulichen Braut und unserer Mutter, dieses unser Gelübde und alle unseren und unserer hl. Schutzpatrone Bitten in die Hände Jesu Christi, unseres göttlichen Erlösers, damit auch er sie unterstütze, der ja unser Fürsprecher ist bei Gott, dem Allmächtigen Vater (I. Joh. 2, 1.) und, wie er selbst versucht ward in jeglichem Leid, so auch mit uns Mitleid zu haben vermag in allen unseren Bedürfnissen und Bedrängnissen. (Hebr. 4, 15.) Amen.

Heiliger Gott! — Heiliger starker Gott! — Heiliger unsterblicher Gott! Erbarme dich unser!

### Gebete um Abwendung des Erdbebens.

(Nach dem Missale.)

#### 1.

V. Von der Geißel des Erdbebens,  
R. Erlöse uns, o Herr!

Lasset uns beten.

Allmächtiger, ewiger Gott, der du die Erde ansiehst und sie erzittern machest, schone der Geängstigten, erbarme dich der Flehenden, damit wir, die wir erschrafen vor deinem Zorne, als er die Grundvesten der Erde erbeben machte, nun auch deine Milde, indem sie die Erschütterungen derselben stillt, immerdar erfahren mögen. Durch Christus, unsern Herrn. Amen.

Vater unser. Begrüßet seist du Maria. Ehre sei Gott.

#### 2.

V. Von der Geißel des Erdbebens,  
R. Erlöse uns, o Herr!

Lasset uns beten.

O Gott, der du die Erde auf ihre Weste gegründet hast, nimm die Opfer und die Gebete deines Volkes gnädig an; entferne gänzlich die Gefahren des Erdbebens und verwandle die Schrecken deines göttlichen Grimmes in Mittel zu unserem Heile, damit wir, die wir von der Erde genommen sind und zur Erde zurückkehren müssen, in einem heiligen Wandel und im Streben nach dem Himmel unsere Freude finden mögen. Durch Christus, unsern Herrn. Amen.

Vater unser. Begrüßet seist du Maria. Ehre sei Gott.

3.

V. Šibe potresa.

O. Reši nas, o Gospod!

M o l í m o.

Varuj nas, prosimo te, o Gospod, ki prejemamo Najsvetejše in z močjo tega nebeškega darú utrdi zemljo, katero smo videli tresti se zaradi naših pregreh; da spoznajo naša sreca, da take šibe pošilja tvoja pravičnost in odvzema tvoja usmiljenost. Po Kristusu, Gospodu našem. Amen.

Oče naš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.

Na čast Materi Božji! *Očenaš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.*

Na čast sv. Jožefu! *Očenaš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.*

Na čast sv. angelom varuhom! *Očenaš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.*

Na čast vsem svetnikom in svetnicam božjim, zlasti tistim, ki se o potresu posebno na pomoč kličejo! *Očenaš. Češčena Marija. Čast bodi Očetu.*

3.

V. Von der Geißel des Erdbebens,

R. Erlöse uns, o Herr!

Lasset uns beten.

Beschütze uns, wir bitten dich, o Herr, die wir von deinen heiligen Geheimnissen genossen; stille und festige die Erde, welche wir unserer Missethaten wegen zittern fühlten, durch deine himmlische Gabe, damit die Herzen der Gläubigen erkennen, daß solche Geißeln, wie sie von deiner Gerechtigkeit kommen, also auch durch deine Erbarmung wieder aufhören. Durch Christus, unsern Herrn. Amen.

Vater unser. Begrüßet seißt du Maria. Ehre sei Gott.

Zu Ehren der Mutter Gottes! Vater unser. Begrüßet seißt du Maria. Ehre sei Gott.

Zu Ehren des hl. Joseph! Vater unser. Begrüßet seißt du Maria. Ehre sei Gott.

Zu Ehren der hl. Schutzengel! Vater unser. Begrüßet seißt du Maria. Ehre sei Gott.

Zu Ehren aller Heiligen, namentlich der Schutzpatrone gegen das Erdbeben! Vater unser. Begrüßet seißt du Maria. Ehre sei Gott.

38.

## Škofijska kronika.

Preč. g. Jožef Smrekar, profesor na ljubljanskem bogoslovju, je imenovan častnim kanonikom pri stolnem kapitolu ljubljanskem.

Kanonično nameščeni so bili čč. gospodje: Jožef Seigerschmied na župnijo Zaplana, 30. avgusta; Martin Poč na župnijo Komenda in Martin Poljak na župnijo Ajdovec, 3. septembra; Janez Nemanjič na župnijo Št. Lambert, 5. septembra in Ignacij Fertin na župnijo Weissenfels, 10. septembra.

Premeščeni so naslednji čast gospodje kapelani: Ivan Globelnik iz Trebelnega kot župni upravitelj na Polšnik, Ivan Bezeljak iz Boh. Bistrice v St. Janž, Jožef Mensinger iz St. Janža na Trebelno, Jakob Pavlovčič iz Višnje gore kot beneficijant na Vače, Janez Soukup iz Idrije spod. kot župni upravitelj na Goro pri Idriji, Janez Jelenec iz Podzemlja na Ig, Anton Kocijančič iz Senožeč v Vodice, Frančišek Birek iz Kranja kot stolni kapelan in korni vikar v Ljubljano, Janez Šiška iz Vodice v Kranj, Jožef Knific

iz Iga kot beneficijant v Tomišelj, Jožef Gregorič od sv. Trojice kot župni upravitelj na Vrh pri Idriji, Anton Jemec iz Suhorja kot župni upravitelj v Podlipo, Matija Novak iz Semiča kot župni upravitelj na Poljanico, Alojzij Šarec iz Planine kot kurat na Suhorje in Frančišek Traven je pomaknen v prvo kapelanijo v Dobrepolah.

Novo nastavljeni so čast. gospodje kot kapelani: Jožef Dostal v Višnji Gori, Janez Gnjezda v Spodnji Idriji, Frančišek Šturm v Podzemlju, Tomaž Zabukovec v Čatežu, Jožef Juvanec v Senožečah, Anton Čadež pri sv. Trojici, Viljem Mlejnik v Starem Trgu pri Kočevji in Viljem Paulus v Planini, Frančišek Oswald je nastavljen kot Lichtenthurnov beneficijant v Idriji.

Umrla sta čč. upokojena gospoda: Janez Habe v Kranju, 9. septembra in Frančišek Štrukelj na Šmarni Gori. Priporočata se v molitev čast. duhovščini.

39.

## Konkurzni razpis.

Razpisana je župnija Altlag (Stari Log) v Kočevski dekaniji.

Prošnje so obrniti na svitl. kneza Karola Auersperg. Zadnji rok za vlaganje je 13. oktober 1895.

Knezoškofijski ordinarijat ljubljanski, dné 31. avgusta 1895.